Verisimile è altresì la induzione, che egli sia servito per Giuliano di Niccolò di Ruberto di Giovanni di Benci Davanzati, poichè lo scudo istesso del Sigillo non solo è di quel tempo, in cui Giuliano con somma riputazione fioriva , ma ancora è della foggia istessa, di cui si scorge al suo Sepolcro, che noi di sotto riferiremo.

II. Molte cose adunque dir si possono di lui in occasione d' illustrare il Sigillo , qual è il nostro scopo. Egli nel 1421. fu inviato con Mess. Astore Gianni al Duca di Milano, accicchè non turbasse

la pace d' Italia col muover guerra al Doge di Genova , al quale si portò l' anno seguente per affari di Stato molto profittevoli alla Repubblica Fiorentina. Il Gamurrini dice, che allora il Duca di Milano „ conobbe bene la sua finezza, facen-  
 „ do un alto concetto della sua persona, col qua-  
 „ le trattò d' altri suoi interessi appartenenti a  
 „ quello Stato in materia Legale, e Feudale,  
 „ essendo esso Legista di gran grido; come si legge  
 „ nel Registro di quell' anno in queste Riforma-  
 „ gioni di Firenze del mese di Giugno.

Il dì 3. di Gennaio 1424. fu deputato Ambasciatore, e Procuratore al Marchese di Ferrara, con Vieri di Vieri Guadagni, e con Rinaldo di Messer Maso degli Albizzi, per trattare la Pace da concludersi col Duca di Milano, e insieme persuaderlo a lasciar liberamente Forlì, e depositarlo, per così dire, in mano del Legato di Bologna fino alla maggiore età di quel Signore.

Quindi di Lombardia tornato a Firenze, fu fatto de' Dieci di Balla, nel qual Magistrato si trovò a trattare la Pace tra i Fiorentini, e il Duca di Milano.

Nel 1427. fu spedito con gli stessi Soggetti a Roma per affari importantissimi, dopo aver concluso i quali tornarono i suoi Compagni a Firenze, egli vi restò Ambasciatore ordinario per la sua Repubblica, affine di giustificare la quale in pubblico Concistoro dalle calunnie date in quella Corte dai seguaci del Duca di Milano furono spediti l' anno seguente Rinaldo degli Albizzi, ed altri, con ordine preciso di non fare cosa alcuna senza il consiglio di Messer Giuliano. Tornato di Roma fu sempre in moto per servizio della Patria appresso diversi Principi, e Repubbliche, ed in-  
 specie

specie presso quella di Siena, colla quale fermato il suo negoziato si trasferì di nuovo a Roma per Ambasciatore residente al Papa, a cui fu tanto accetto, che gli concedè privilegio d'aggiungere all'Arme della sua Famiglia le Chiavi, ed il Triregno, come si cava da una Iscrizione posta sì nella Chiesa della Doccia, fondata col Convento da Niccolò di Ruberto suo padre (1), e sì ancora nel Cortile del Palazzo di essa Famiglia in Porta Rossa, sotto l'Arme della medesima di mano di Donatello, che è la seguente:

IVLIANVS DAVANZATI EX PRIVILEGIO  
EUGENII IV. EQVES.

Nel 1431. fu inviato con Lorenzo Ridolfi, Palla di Noferi Strozzi, Zanobi Guasconi, Ridolfo Peruzzi, e Lorenzo de' Medici, acciocchè si rallegrassero a nome de' Fiorentini con Eugenio IV. della sua asunzione al Trono Pontificio; dal qual Pontefice meritò poi l'onore nel Duomo di Firenze, che si dirà.

Nel 1438. i Fiorentini, ancorchè due volte fossero stati rigettati in persona di Cosimo de' Medici, mandarono a Venezia di nuovo il nostro Mess. Giuliano come amicissimo d' Eugenio, per disporre quel Senato a mantenere nell' amicitia dell' una, e dell' altra Repubblica il Conte Francesco Sforza. Cosa, che ha coerenza con quel che accenna Poggio

Di questa nobile, e magnifica Fondazione possiedono le memorie i Signori Davanzati, tratte da un Libro antico di quel Convento, ove la compra de' primi Beni per fondarvi esso Convento apparisce dell' anno 1411. l' ingresso de' PP. Minori Osservanti circa al 1486. come da un Breve d' Innocenzio VIII. emanato in detto anno per le supplichevoli istanze fattene dalla Famiglia.

gio Bracciolini nell' Istoria Fiorentina sotto l' anno 1438. dicendo: *Missus subinde Venetias & alter Orator Iulianus Davanzatus Equestris Ordinis*. E non conseguendo l' intento, ebbe cuore Giuliano di contendere con molto decoro a favore della sua Repubblica. Quindi l' Ammirato nel Libro XXI. delle sue Istorie scrisse di lui in tale occasione „ Giuliano Davanzati uomo efficace, e di gran „ forza nel dire „

Nel 1439. fu Ambasciatore con Meser Carlo di Francesco Federighi, e Bernardo di Filippo Giugni all' Imperatore Alberto, per congratularsi della sua esaltazione all' Imperio, ed avendogli riconosciuti pe' l' fiore dello Stato Fiorentino, gli creò tutti tre Conti Palatini, con autorità di poter crear Notaj, legittimare bastardi, portare qualunque sorta d' Armi ec. come costa dal Diploma emanato in Uratislavia l' anno 1439. adì 29. Dicembre, registrato dal Gamurrini alla pag. 259. del Volume secondo, come esistente appresso la Famiglia de' Federighi; nel qual Diploma è, secondo che io stimo, da correggerfi uno sbaglio appellandosi questo nostro *Iuliano Roberti*, in vece di *Iuliano Nicolai*.

Nel 1440. Giuliano fu spedito di nuovo a Venezia con Neri Capponi, ed al Conte Francesco Sforza Generale della Lega, per intendere il modo, con cui s' avesse a fare la Guerra nella seguente Estate.

Finalmente nel 1442. fu Ambasciatore al Re Alfonso d' Aragona, al quale fu tanto caro, che ne riportò da lui privilegio d' usare nello Stemma gentilizio in quartata l' Arme del medesimo Re. Quindi fu eletto Governatore di Pisa.

Non si vuol tralasciare di dire di Giuliano, ch' egli  
 si

si trovò ad essere uno de' dodici Ufiziali di Banco per conto della Guerra di Ferrara, e di Venezia, come si ricava dall' Archivio del Monte delle Graticole in un Libro di detti Ufiziali del 1440. Che egli godè il Gonfalonerato di Giustizia gli anni 1430. e 1435. e che egli fu de' dodici Buonuomini l' anno 1438.

Ned è, a dire il vero, di piccol momento ciò, che lasciò registrato Domenico Buoninsegni nelle sue Istorie, dove dopo aver notato a car. 55. che fu eletto Messer Giuliano Davanzati per uno dei dieci Accoppiatori; soggiugne a car. 63. „ Il Papa fece Cavaliere il nostro „ faloniere della Giustizia, che allora era Messer „ Giuliano di Niccolao Davanzati Dottore di Legge; al quale poi la nostra Signoria concedette „ per Consigli la Capitaneria di Pisa per un „ anno „

Scrive ancora Ferdinando Leopoldo del Migliore nella Firenze illustrata così a carte 44. „ Il Papa onorovvi in quella mattina il Gonfalonier di Giustizia, capo, e principalissimo direttore del Governo popolare, della Cavalleria a Spron d' oro, in persona di Giuliano Davanzati Dottor di Legge, quegli, che fu dipoi nel 39. „ fatto Conte Palatino dall' Imperatore Alberto „ d' Austria „

Ma affinchè noi siamo sul nostro proposito d' illustrare i Sigilli insieme, e l' Istoria con quei documenti, che non sono ovvii, e sotto gli occhi d' ognuno; noi ci ristigneremo a portare *per estensum* un documento della Cavalleria del nostro Giuliano nel modo, che manoscritto si trova ne' Regiti di Ser Niccolò Mangieri all' Archivio Generale sotto il dì 25. di Marzo dell' anno 1436.

in cui maravigliosa festa con immenso concorso di popolo, memorabile per tutti i secoli da noi si fece.

1436. Nullum quippe opus, quod aut vel obscurum sit, vel memoria dignum absque summi Tonantis Numine, eiusque gloriosissima Virginis Mariæ, necnon & Apostolorum Petri, & Pauli, huiusque Florentinae Urbis Advocatorum Zenobii, & Reparatae, & Io: Batista, atque etiam totius Cælestis Curie Cætu, Angelorum, Dominationum, &c. in hac gerendum luce, omnes in unum conveniunt, & assentiuntur mortales. Verum enim, ut nostri consuevere maiores, qui aliqua ingenii gloria valere, quidquid præclarum, aut dictu memorabile ab illustribus congestum Viris, vel bello, vel pace, sive in publicis rebus, sive in privatis, quod aut auditum esset, aut visum; ita magnopere litteris mandavere, quo semper hominibus accumulatissime nota essent; Ita nos illos imitantes, quoddam egregium facinus, ac memoratu dignum, quo perpetuo mortalibus vigeat, in has latinas paginas mandare decrevimus. Tempore autem quo Pater Beatissimus Eugenius Pontifex IV. in Urbe Florentina vitam agebat, annus erat iam sextus, & trigesimus post millesimum quadringentesimum ætatis hominum, cursu tamen moreque nostro reservato. Nam cum media in Urbe nostra florentissima Templum ingens, amplum, opulentum situm esset, quod reliquis omnibus tum sacris, tum cultibus, tum honoribus præferebatur, Florentinus quidem populus summo cum studio immortalis laude, atque gloria decorandum properabat: nam illo nullum tam sanctius, nullum divinius, nullum denique celebrius; aut fuit, aut quidem usquam erit. Eo autem anno, ille iam adventaverat dies, qui totius anni primus nostro fertur more, in quo quidem die Virginis glo-

*riosa piissimo cultu Annunstationis festiuitas ubique Christianorum celebratur ; hic quintus & vigesimus Ianuarii dinumeratur , futuri autem anni principium . Mane autem Sole iam orto , qui Mundum uniuersum radiis illuminarat suis , florentissimus populus Florentinus innumeris ornamentis , magnoque apparatu , Templum undique mirum in modum ramis , frondibus , atque sertis undique uestiuerat . Nec defuit quidam admirabilis pons , & ligneus totus , qui quidem mira fabricatus opera a maiori Ecclesia initium trabens , usque ad Summi Pontificis atrium tendens iuxta aliud Templum sine terminabatur suo . Nec illud nimiram admirabile dignum omnibus visum est , qui tantus esset ibi ornatus , quantus equidem , nedum opera fieri , sed mente cogitari minime possit . Nam ita pars inferior , quæ pedibus tenebatur ab imo usque ad summum pictis tegebatur tappetis : desuper autem bicolor pannus , & lana contextus , tectum pulcre sub dio faciebat : dux vero reliquæ partes dextera atque sinistra , qua longius finem ducebant tantum maculosis alveis , mirisque coloribus , & variis picturis contextis mirifico discrimine cooperiebantur : Quorum quidem splendor mirabilis , oculos omnium hinc in stupore irabebat . Mortales omnes ingens ornatus aureusque cultus capiebat , nec solum Cives huc adventauerant , verum etiam hospites externi numero incomprehensibili contemlandi tantum gratia se huc contulerant . Erant omnium viarum loca hinc , atque hinc innumero quidem plena populo ; quisque locum sibi pro aspectu elegerat , quo facilius omnem prospiceret conspectum ; nam alii scamna , alii fenestras , alii tecta tenebant ; strepitus undique audiebatur , rumor omnia habebat . Interim vero , rebus sic manentibus , ex suis penetralibus Pontifex Beatissimus egrediens ad ingens Urbis Templum institutum direxit iter . Synodus omnis , & to-*

tius Romanæ Curiaë Cœtus, illius vestigia sequebatur. Incedebat Episcoporum, Abbatum, Præsidentum turba plurima; incedebat Cardinalium numerus frequentissimus, necnon et florentissime huius Urbis illustris Dominatio, una cum egregio Iustitiæ Vexillifero eo se iocunde ferebat; nonnullæ quidem ipsius sociæ erant externarum regionum dominationes; nonnulli aderant Principes gloriosi, atque Magistratus; nonnulli magnarum Urbium præstantissimi Oratores, quos quidem paulo post, cum dabitur locus, dinuberebimus. Cursum iam medium suum peregerat dies, et summum Cæli culmen Sol ascenderat cum omnis consecrationis cultus finem imposuerat Pontifex Sanctissimus. Tum etiam et sacratissimæ, atque celeberrimæ Missæ, divinarumque pomparum omnium cultus, et ornatus, et finierat, et perfecerat. Inde populo extante aliæ nonnullæ memoriæ dignæ præparantur celebrationes, quibus interfuere Viri illustres quamplurimi, quorum nomina ita teneo: Serenissimæ Imperatoriæ Maiestatis Oratores, Francorum Regis Legati præstantissimi, necnon Hispaniarum, atque etiam Anglicorum, insuper et Aragonum. Nec defuerunt Viri clarissimi Venetorum Oratores: alios etiam nonnullos gentis Italiæ, quorum nomina explicare minime opus est. Celeberrimus ille habebat locus, medio autem Templum culmine, sua quidem Sede Pontificali sedens Pater Sanctissimus coram Florentissima Cardinalium Synodo, Sacerdotumque Cœtu, & Clericorum omnium Romanæ Ecclesiæ, necnon Florentinæ Urbis Dominorum Priorum Magistratus. Facinus quoddam clarissimum, & factu memorandum Viris illustribus quibusdam commisit peragendum. In primis magnifico Sigismundo de Malatestis Arimini Domino, a quo Romandioli agri pars quædam habetur, verbis suis præclarum fieri mandavit opus, simul-

*simulque strenuo Militi, & præclaro Urbis consulto Domino Baptiste Cicade Imperatoris Maiestatis apud Summum Pontificem Oratori præstantissimo. Itemque & militi Serenissimo Domino Cicchino de Comitibus Campellensi, quod Oppidum in regione Spuleti situm est, qui eo erat tempore iuris reddendi in Urbe Florentina. Insuper & strenuo militi Domino Ioanni Magistri Tommasi de Firmio, qui per id temporis populi huius Imperator habebatur, vel Capitaneus Balia præsidebat: qui omnes, itaut erant iussi, Virum egregium quondam, & Iure Consulium clarissimum Dominum Iulianum Nicolai Roberti de Davanzatis Civem Florentinum, atque eo tempore Iustitiæ Vexilliferum Florentini populi circumdedere, & omnibus militiæ insigniis &c. novo Tironi usus insignire consuevit, & investirent, & redimerent, ut ipse pro his insigniis, atque investituris more nostro præstantissimus Tiro, vel esset Miles, ut magis frequentato utar vocabulo, & asserveatur, & habeatur. Accinxere se summo cum studio hii, quos paulo ante memoravimus, ut Summi Pontificis iussa quamprimum exequerentur. Eapropter idem Sigismundus Ariminensis una cum Domino Baptista Imperatoris Maiestatis Legato ipsum eundem Iurisconsultum Dominum Iulianum ense fulmineum suo accinxerunt lateri; quo quidem destrieto, & e vagina revulso multis cum ictibus reliquisque insigniis, & usibus ultro, citroque pro more incutiere, & pluries percussere. Dextrum autem pedem, non secus quam usus consueverit, aureo calcare annexit Florentinæ Urbis clarissimus Præses, aut vel Potestas, ut nostro utar vocabulo: At sinistrum sinistro armavit calcare is, quem Præsidentem Capitaneum Florentini populi aperuimus. Quæ quidem omnia ita gesta sunt, ne ab hominum memoria usquam decidant, sed huius Urbis sit decus clarissimum, sit*

Domus, atque Familię suę splendor immortalis, sit eius ipsius laus, & gloria, sit tanti muneris tamquam præclari facinoris summi Tonantis gratia, sit Virginis Gloriosę æterna benedictio. Interea vero splendidissimo Pontificali solio recubans Pater Sanctissimus ad pedes Sanctitatis Suę novellum Militem, seu Tironem accersivit, eumque magis, atque magis plurimis commonefecit documentis, quę quidem novum servare Militem magnopere decet. Signum autem, vel nota, qua ipsi duntaxat Tirones, vel etiam Milites a reliquis mortalibus notantur, splendidissimæ aureę Crucis munus fuit, quod pro insigno, atque fide militari suo appensum pectore, perpetuo ferendum mandavit. His itaque Tiro ita accersitus, & honoribus insignitus, genibus inflexis quęque militem decerent in Summi Pontificis manibus sacratissimis olim se instantissime observaturum & asseruit, & adiuravit. Quibus quidem ita rite peractis, Summo Pontifici perplacitum est, ut omni terrarum orbe, atque apud omnes Nationes tum vicinas, tum externas verus Tiro, & Militiæ, & Equitatus habeatur insignitus. Si qua etiam extarent ad militem pertinentia, aut vel honores, vel dignitates, privilegia, iura, auctoritates, dominia, potestates, & reliqua huiuscemodi, nec illum minus uti sua fuit voluntas, ac reliqui solent uti vel Milites, vel Tirones. Hęc omnia tam triumphanter, tam gloriose, tam splendide cunctis iam actis sacris gesta fuere illo ingentissimo, & opulentissimo Templo, cui divinitatis nomen titulo inscribitur Sancta Maria del Fiore. Quod quidem præclarum facinus ita gestum, ita peractum est anno, mense, atque die, quo paulo ante aperuimus: fausto vigeat initio, optimo augeatur medio, sine terminetur fortunatissimo, quoad usque terrarum orbis sua pace potietur luce. Quę omnia, atque

atque singula, quæ hac pagina litteris mandata sunt, fuerunt acta coram Viris clarissimis paulo infra conscriptis, qui quidem convocati, corumque habiti, & oratione rogati hisce omnibus celebrationibus interfuere Testes.

Pro Quarterio S. Spiritus.

Franciscus Andrea del Benino.

Franciscus Tommasii Ioannis.

Pro Quarterio S. Crucis.

Dominus Thoma Ser Jacobi Salvetti.

Buonaccursus Nicolai Soldani.

Pro Quarterio S. Mariæ Novellæ.

Cristofanus Matthei del Tegbia.

Petrus Iacobi de Canaccis.

Pro Quarterio S. Ioannis.

Bencivennes Cristofani Bencivenni.

Iacobus Guccii Gerii de Ghibertis.

Ego Baptista Andree de Vescontibus de Vulterris Notarius Imperialis dum superscripta omnia, & singula agebantur, & fiebant, vidi, audiui, & præfens fui, & de prædictis rogatus fui, ut conficerem publicum documentum, in quorum fidem superscripta propria manu scripsi, & subscripsi, & signum meum apposui.

Ego Nicola Mangieri Vanozi Civis, & Notarius Florentinus, & tunc Notarius dictorum Dominorum, & Vexilliferi Iustitiæ Populi, & Communis Florentiæ prædictis omnibus dum sic agebantur interfui, & rogatus scribere, scripsi, & publicavi. Così vien narrato con maniera curiosa, fuor dell'uso per altro de' rogiti.

Per ragione parimente di perpetuare documenti all' Istoria proficui, non pare, che si debba quì lasciare di riportare il Testamento di Donna Caterina figliuola di Giovanni di Michele di Ser

Parente moglie del nostro Giuliano, tale quale esiste ne' Rogiti di Ser Antonio di Cristofano da Vitolino in un mazzo dal 1477. al 1490. a car. 83. nell' Archivio Generale, ed è:

*In nomine Domini. Amen. Anno Domini ab eius salutifera Incarnatione 1486. Indictione quarta, & die 19. mensis Iulii. Actum Florentiæ in populo S. Trinitatis in domo habitationis infrascriptæ Testatricis, & præsentibus Testibus proprio ore infrascriptæ Testatricis rogatis, videlicet:*

*Domno Ioanne Clementis Naldini de Naldinis de Florentia, &*

*Domno Nicolaio Simonis Rittase de Florentia, Monaci Vallis Umbrosæ S. Trinitatis Flor.*

*Ioanne Ser Iacobi Fei de Ridolphis Lanaiolo.*

*Benedicto Nicolai Francisci Laboratore Artis Lunæ.*

*Dominico Benedicti Clementis )*

*Antonio Benedicti Clementis ) Laboratoribus terra-*  
*Michaele Ant. del Gallina, & ) rum de Monte Ugbi.*

*Mattheo Michaelis del Risi )*

*Quoniam nihil certius morte, & nihil incertius hora mortis, hinc est quod honesta, savia, & discreta Domina Caterina vidua, filia olim Ioannis Michaelis Ser Parentis, & uxor olim recolendæ memoriæ magnifici, & generosi, & famosissimi Equitis D. Iuliani Nicolai de Davanzatis, per gratiam Domini nostri Iesu Christi mente, sensu, visu, & intellectu sana, licet corpore languens, nolens intestata decedere, sed per præsens nuncupativum Testamentum, quod dicitur sine scriptis, de Bonis, & Iuribus suis disposuit, pronuntiavit, fecit, & ordinavit in hunc modum, & formam, videlicet:*

*In primis animam suam humiliter, & devote recommendavit Omnipotenti Deo, eiusque Matri gloriose*

*riose Virginis intemeratæ Mariæ, & omnibus Sanctis, & totius Curie Paradisi, & in remissionem peccatorum suorum . . . . . oravit iunctis manibus. Sepulturam autem sui corporis, quando de hoc seculo migrare contigerit, elegit, & sepeliri voluit in sepultura sita in Cappella Davanzatorum in Ecclesia Sanctæ Trinitatis de Florentia, & circa eius obsequium spendi voluit totum id, & quidquid videbitur infrascriptis eius hæredibus . . . . . in hoc onerando.*

*Item reliquit, & legavit Operi S. Mariæ del Fiore libram unam, & sol. 1.*

*Item reliquit, & legavit novæ Sacristiæ dictæ Ecclesiæ libram unam, & sol. 1.*

*Item reliquit, & legavit constructioni murorum Civitatis Florentiæ libram unam, & sol. 1.*

*Item iure legati reliquit, ligavit, voluit, iussit, & mandavit infrascriptis suis hæredibus, quod in unum mensem a die eius mortis teneantur fieri facere, & celebrare in dicta Ecclesia S. Trinitatis, vel alibi pro remedio animæ suæ Missas Sancti Gregorii. [1]*

*Item iure legati, & amore Dei, & pro remedio Animæ suæ iussit, ligavit, voluit, & mandavit infrascriptis suis hæredibus, ut de bonis suis teneantur & obligati sint tenere continuo unam lampadam cum lumine supra sepulcrum D. Iuliani de Davanzatis ante Tabulam, in qua est picta figura Virginis Mariæ, semper, & omni tempore in perpetuum post mortem ipsius Testatricis, incipiendo a die suæ mortis, cum oleo, & aliis; pro quibus observandis dicta Testatrix obligavit omnia sua bona.*

*Item iure legati reliquit, & legavit amore Dei, & pro remedio Animæ suæ dominæ . . . . .*

Tom. VII.

S

eius

<sup>1</sup> Delle trenta Messe di S. Gregorio si parla nella Giorn. III. Nov. IV. del mio Boccaccio illustrato.

eius Fantefche, quia de nocte servivit, & fantefcavit in gubernando dictam Testatricem, unam Tunnicam de suis, & certas Camicias de suis . . . . . Commisit Iuliano eius Nepoti, & ultra hoc totum id, quod videbitur infrascriptis suis hæredibus, eorum conscientiam onerando.

Item iure legati reliquit, & legavit amore Dei, & pro remedio Animæ suæ Pauperibus Christi decem modia boni grani, videlicet quolibet anno modium unum, incipiendo a die mortis dictæ Testatricis, videlicet pro anno hoc modo, videlicet secuta morte in unum mensem modium unum grani de suprascriptis decem modis suprascriptis Testibus dandis, & solvendis per infrascriptos eius hæredes dictis Testibus æquis portionibus, & post dispensationem pro eius hæredibus in quolibet anno Pauperibus Christi ad eius libitam voluntatem, eorum conscientiam onerando, cui, & quibus habeant dictam rationem modiorum grani.

Item iure legati reliquit, & ligavit filiabus suis feminis, & viribus, earum reditum, usum, & habitationem unius domunculæ, videlicet Domus grani, ut vulgariter dicitur la Casa del grano, toto tempore earum, & viribus earum vitæ, in omni gradu, videlicet constante matrimonio, vel soluto, & tam in casu viduitatis, quam non, ad eorum liberam voluntatem, & quod hæredes teneantur, ac debeant dare eisdem, et viribus earum, usum, et habitationem dictæ Domus, videlicet la Casa del grano absque solutione pensus, et sine aliquo censu, vita eorum durante.

Item iure legati reliquit, et ligavit, iussit, voluit, et mandavit dictis eius infrascriptis hæredibus, et quod hæredes teneantur, et obligati sint dare, tenere, et locare Papino, et . . . . . eius laboratoribus ea Bona, quæ ad præsens habent ad

ad affectum, et quod Papinus, et . . . . .  
 repelli non possint per dictos eius heredes, mandans  
 infrascriptis eius heredibus, dando, et solvendo con-  
 venientem affectum in quolibet anno, et ut consue-  
 tum, et ut est conveniens . . . . . boni viri,  
 et non possint expelli.

In omnibus suis autem Bonis mobilibus, et immo-  
 bilibus, et iuribus suis sibi heredem universalem, cum  
 infrascriptis tamen conditionibus, et fideicommissis  
 instituit, fecit, et esse voluit Nicolaum eius filium  
 legitimum, et naturalem, natum ex se, et dicto olim  
 Domino Iuliano, cum hoc, quod dictus Nicolaus non  
 possit quoquam tempore recte, vel indirecte vendere,  
 donare, alienare, et obligare de bonis ipsius Testatrix,  
 et si aliquo modo alienaret, vel venderet, vel ad  
 longum tempus locaret, dictum Nicolaum a dicta  
 sua hereditate privavit, et talis venditio non va-  
 leat, et non teneat, et eo ipso redeat dicta heredi-  
 tas, et devenire voluit ad eius nepotes, videlicet  
 ad Iulianum, et Mattheum eius nepotes, et filios  
 dicti Nicolai æquis portionibus; et secuta morte di-  
 cti Nicolai sibi heredes universales instituit, fecit,  
 & esse voluit dictos Iulianum, & Mattheum eius  
 nepotes, et filios dicti Nicolai æquis portionibus, et  
 unus alteri succedat per fideicommissum; et si post  
 mortem dicti Nicolai dicti eius filii non starent, vel  
 non remanerent filii masculi, vel filie femine  
 . . . . . sibi heredes universales instituit,  
 et esse voluit filias feminas legitimas, et naturales  
 dictæ Testatrix æquis portionibus si viverent, et si  
 non extarent, vel essent filie femine natæ ex  
 dicta Testatrice, et Domino Iuliano, tunc in dicto  
 casu sibi heredem universalem instituit Ecclesiam  
 S. Trinitatis Civitatis Florentiæ cum hac obligatione  
 quod Monaci dicti Monasterii, et qui tenerent, vel

possiderent bona hereditaria dictę Testatricis, teneantur facere, et fieri facere unum Annovale, seu Officium mortuorum pro remedio Animę dicti Domini Iuliani, et ipsius Testatricis, et suorum, quolibet anno, in quo spendantur libras . . . . . Et ultra hoc, si predicta hereditas deveniret ad dictam Ecclesiam S. Trinitatis, dicti Monaci dicti Monasterii teneantur fieri facere in annum postquam dicta hereditas erit delata, pingere dictam Cappellam Davanzatorum storiarum pro Ecclesia, et teneantur celebrare, et fieri celebrare semper singulo die Missa Beatę Marię in dicta Cappella Davanzatorum; et si predicta in aliquo deficiatur, ipso iure devenire voluit, iussit, et mandavit ad Monasterium S. Marthę de Monte Ughi cum dicto onere dictę Cappelle Annualis, et Missarum in qualibet die in perpetuum in dicta Cappella Davanzatorum; et hanc asseruit fuisse, et esse suam ultimam voluntatem &c.

Siccome un' altra ricordanza non si dee, per mio avviso, lasciare indietro, esistente nel predetto Archivio Generale negli Atti di Ser Domenico da Fighine in persona di Niccolò figliuolo del nostro Giuliano, e padre di un altro Giuliano, che fu de' Signori nel 1483. Tal ricordanza adunque di Niccolò è del 1466. che vale a dire di un anno dopo a che egli sedè dell' eccelso Magistrato de' Signori l' anno 1465. e comincia:

*Nobilis, & circumspectus Vir Nicolaus filius bonę memorię quond. Domini Iuliani de Davanzatis eximii Legum Doctoris, et magnifici Militis Florentini, Comes Palatinus creatus ab Illustrissimo Alberto Imperatore, et Rege Romanorum, vigore suorum privilegiorum sub dat. Uratislavię anno Domini 1439. die 20. mensis Decembris, vigore predicti Indulti creavit Notarium, et Iudicem ordinarium*

SOPRA IL SIGILLO XI. 139  
*rium Benedictum Nicolai Andree de Prato presentem &c. qui iuravit in forma &c.*

Ma tornando al nostro Giuliano, ed al Sepolcro suo da noi ben due volte nominato, egli si è il seguente.



Qui egli si vede coll' abito proprio delle sue Dignità, e colla memoria intorno dell' anno della sua morte, dicendovisi:

✱ DNI·IVLIANI·NICHOLAI·DE·DAVANZATIS·  
 MILITIS·ET·DOCTORIS·AÑO 1444.

Esiste questo Sepolcro nella Cappella di S. Caterina di Padronato de' Davanzati, che è a mano manca della Chiesa di S. Trinita di Firenze. In essa si vede ancora una Iscrizione fatta alla memoria di Niccolò Davanzati dal vivente Monsig. Giuseppe Davanzati Arcivescovo di Trani, e Barletta, e Cavaliere di Malta suo fratello amantissimo, che così dice:

D. O. M.

NICOLAO DE DAVANZATIS LAVRENTII FILIO  
 PATRITIO FLORENTINO BARI IN APVLIA NATO  
 EX QVO FLORENTIAM APPVLSO  
 IBIQVE IN SVÆ ÆTATIS FLORE  
 HEV IMMATVRA MORTE CORREPTO  
 ET IN HOC SVORVM MAIORVM SACELLO  
 NON SINE LACRYMIS SEPVLTO  
 IOSEPH DE DAVANZATIS EQVES HIEROSOLYMITANVS  
 ET ARCHIEPISCOPVS TRANENSIS  
 FRATRI DVLCISSIMO IN OBSEQVIVM SVI AMORIS  
 APPONERE CVRAVIT A. D. MDCCXXVII.



SIGILLO XII.



\* XHV : XPE : FILI DEI VIVI : MISERERE \*  
MIBI FR̄I : NICOLAO : PECCATORI \*

cioè:

*Iesu Christe Fili Dei vivi miserere mihi  
Fratrè Nicolao Peccatori.*

\*≡≡≡\*

PRESSO IL SIG. ENNOCENZIO BUONAMICI  
CANONICO PRATESE.

## S O M M A R I O



- I. *Si esamina il motivo dell' esser creduto il Sigillo presente del Cardinal da Prato.*
- II. *Si inclina a credere, che sia anzi stato del Beato Benedetto XI.*



# OSSERVAZIONI

## ISTORICHE

### SOPRA IL SIGILLO XII.

I.  I. Uno di due insigni Soggetti dell' Ordine de' Predicatori, che in appresso divideremo, Amici grandi fra loro, era credibile, che fosse stato il presente Sigillo.

Che egli fosse del Cardinal Niccolao da Prato, cel persuadeva l' essersi trovato nella Città in Prato, ed in essa Città conservarsi nel Museo del Sig. Canonico Innocenzio Buonamici d' ogni monumento, che riguarda l' erudizione antica amatore, e raccoglitore studiosissimo. Questo Cardinale da un illustre Scrittore delle Memorie del Beato Benedetto XI. Pontefice Massimo, quale è stato il Canonico Conte Antonio Scoti di Trevigi poco fa mancato di vivere, così vien descritto „ Niccolò d' Alberti, o „ Albertini oriundo da Prato, come ce ne fa fede „ l' Iscrizione sepolcrale, e da alcuni, rispetto alla „ Madre, chiamato de' Martini [ 1 ] ( sebbene in „ opinion del Ciacconio tale era la sua Casata ) „ alunno Domenicano della Provincia Romana, Uo- „ mo di vasta dottrina, e versatissimo negli studj „ sacri, e tale, che venne abile riconosciuto per „ sostenere con tutta riputazione la Lettura, di Tom. VII. T „ gran-

1 Bremond. Tom. II. pag. 101. Il Lucenzio Nota seconda all' Ughelli Tom. I. col. 79.

„ grande impegno nella Minerva in Roma. A  
 „ queste distinte prerogative accoppiando l'inte-  
 „ grità di costume, somma prudenza, ed attività  
 „ ne' più importanti maneggi, meritò di essere  
 „ eletto Procuratore dell'Ordine pure in Roma.  
 „ Questo impiego lo fece da Bonifacio VIII. co-  
 „ noscer degno di esser posto in vista del Mondo  
 „ tutto, come anche fece spedendolo suo Legato  
 „ ai due Regi Filippo di Francia, e Adoardo d' In-  
 „ ghilterra affine di rappacificargli. Era affai sca-  
 „ broso l'affare ec. ma tali difficoltà accrebbero  
 „ il credito, e la gloria di Niccolò adoperatovisi  
 „ con tutto il buon esito, e tale, che ne ottenne  
 „ da esso Pontefice in un pubblico ragionamento  
 „ distinta lode ec. Nè qui si fermò la grata di  
 „ lui riconoscenza; ma per rimeritarlo, come da  
 „ prima lo avea destinato al governo della Chiesa  
 „ di Spoleti, così in questa occasione lo dichiarò  
 „ Vicario di Roma ec. Dalla Chiesa di Spoleti  
 „ lo fece Benedetto passare a quella d' Ostia, e di  
 „ Velletri, e dipoi lo fece Cardinale nelle Tem-  
 „ pora del Santo Natale [1] „

Molte altre cose segue a dire, che legger si  
 possono negli Scrittori nostri antichi, e moderni,  
 come nel Compagni, nel Villani, nel Ciacconio, e  
 e nell' Ughelli, cioè dell'esser venuto Paciaro in  
 Toscana, dell' essersi partito di Firenze stinrandosi  
 quivi poco sicuro, e più altre

Alcune ne accennò anche modernamente il  
 chiarissimo Gio: Batista Casotti nella sua Lettera  
 intorno alla Fondazione del Regio Monastero de-  
 gli Scarioni di Napoli dicendo „ Non so pos-  
 „ cere dell' insigne Monastero di S. Niccolò di  
 „ Monache Domenicane, colla cui Fondazione il

Bern. Guid. citato dal medesimo Scoti pag. 362. E

„ nostro famoso Cardinale Niccolao Martini de’  
 „ Conti Albertini, detto comunemente il Cardina-  
 „ le da Prato, una delle più chiare luci della  
 „ Pratese gloria, coronò morendo l’ anno 1321.  
 „ il suo Cardinalato di diciotto anni, in cui egli  
 „ fu l’ arbitro di tutti i più rilevanti maneggi  
 „ dell’ Europa. E quì io potrei senza punto di-  
 „ lungarmi dall’ argomento, che io tratto, far  
 „ menzione della religiosa munificenza, con cui  
 „ questo gran Principe di Santa Chiesa, non sola-  
 „ mente il nostro Convento di S. Domenico poco  
 „ meno, che da’ fondamenti edificò, ma un nu-  
 „ mero eziandio incredibile di altri Conventi dello  
 „ stesso suo Ordine per varie maniere ristaurò,  
 „ accrebbe, ed arricchì. E potrei ricordare, che  
 „ l’ Ordine de’ Servi di Maria lui riconosce per  
 „ uno de’ suoi più insigni Benefattori ec. „

Affai ancora spiega un’ Inscrizione, composta non  
 ha molto per collocarsi nel Duomo di Prato, dal Sig.  
 Dottor Giuseppe Bianchini Scrittore chiaro quanto  
 altri mai per le belle, erudite, e dotte sue Opere; ed è:

CHRISTO REDEMPTORI.

ET.

AETERNAE MEMORIAE.

NICOLAI PRATENSIS. ORDINIS PRAEDICATORVM.  
 S. R. E. EPISCOPI CARDINALIS OSTIENSIS. QVI.  
 CVM DOCTRINA. ELOQVENTIA. INGENII CELE-  
 RITATE. ET IN REBVS AGENDIS PRVDENTIA.  
 VNVS OMNIVM MAXIME FLORERET. A BENE-  
 DICTO XI. P. M. CARDINALIS RENVNCIATVS.  
 ET IN ETRVRIAM. AD FACTIOSOS GVELFORVM.  
 ET GHIBELLINORVM MOTVS COERCENDOS. NEC

NON AD COMPONENTAM FLORENTINAM REM-  
 PVBLICAM. FVIT DE LATERE MISSVS LEGATVS.  
 HIC. DVM PVRPVVATI PATRES. DIVTVRNIS  
 PERVSINIS COMITHIS. MAXIMO ECCLESIAE DE-  
 TRIMENTO. DE PONTIFICIS ELECTIONE INTER  
 SE DISSIDERENT. SVMMA INDVSTRIA. OMNIVM  
 ANIMOS IN CLEMENTIS QVINTI ELECTIONEM  
 INDVXIT. IN GALLIIS APOSTOLICA SEDE PER-  
 MANENTE. TOTAM ITALIAM IMPERIO SVO  
 AVDIENTEM HABVIT. HENRICVM LVTZEMBR-  
 GENSEM. ROMANVM IMPERATOREM. ET RO-  
 BERTVM CAROLI FILIVM. VTRIVSQVE SICILIAE  
 REGEM. IMPERIALI. ET REGIA CORONA. DO-  
 NAVIT. TANDEM AVENIONE. PLENVS MERITIS.  
 OBIT. A. D. MCCCXXI. VIR. CVM ANTIQVIS  
 GRAECIS. ET LATINIS. COMPARANDVS. PRATH.  
 PATRIAE SVAE. ETRVRIAE. AC TOTIVS ITA-  
 LIAE. MAGNVM DECVS. ET ORNAMENTVM.

II. Ma se io debbo dire con libertà quel, che io  
 ne sento, il Sigillo fu (piuttosto che del Card. Nic-  
 colò da Prato) del Cardinal Niccolò Boccasino  
 suo Amico, poscia Cardinale, indi Sommo Ponte-  
 fice col nome di Benedetto XI. che adesso si onora  
 dalla Chiesa col titolo di Beato: E ciò, si mo' io,  
 nel tempo, che egli fu Generale del suo Ordine  
 Domenicano. E ben può essere, che per mezzo del  
 Cardinal da Prato il Sigillo pervenisse in quella Patria.

Forte indizio di ciò mi danno e il leggerli nelle  
 bellissime Memorie della Vita di questo Beato pub-  
 blicate ora, come è accennato, dalla dotta penna  
 del fu Canonico Scoti, che egli da Generale fa-  
 ceva

ceva per Sigillo un Crocifisso, e l'umiltà sua in ogni azione, e nelle sue parole. Eccone qui il documento tratto dalla pagina 234. dell'Opera mentovata.

*Exemplum Donationis plurium Voluminum factæ a Benedicto XI. tunc Generali Ord. Prædicatorum Magistro, Conventui Tarvisino. Ex Ms. Magistri Valerii Muschetta existente in Archivo Patavino Conventus S. Augustini eiusdem Ordinis.*

MCCXCVII.

„ Ego Frater Nicolaus Magister Prædicatorum,  
 „ licet indignus, dono, & confero Conventui Tar-  
 „ visino eiusdem Ordinis infrascriptos libros, quos  
 „ habui antequam ad Magistratum essem assumptus.  
 „ Bibliam unam magnam, & aliam parvam. Sen-  
 „ tentias. Historias Scolasticas. Concordantias Bi-  
 „ blicæ. Summam S. Thomæ in quatuor voluminibus.  
 „ Duo Volumina de quæstionibus disputatis. Librum  
 „ de proprietatibus rerum. Collationes Patrum.  
 „ Historiam Scholasticam. Chronicas diversas in  
 „ uno volumine. Decretum cum apparatu. Summam  
 „ Monaldi. Paulum postillatum in duobus volumi-  
 „ nibus. Ioannem postillatum. Postillam super Iob  
 „ manu mea notatum. Super librum Ethicorum, &  
 „ Politicorum secundum Fratrem Thomam. Super  
 „ librum Phisicorum. Super Metaphisicam secundum  
 „ eandem. Ysidorum Eebimologiarum. Summam  
 „ Fratris Brocardi. Libros Augustini de Trinita-  
 „ te, & de libero arbitrio in uno volumine. Li-  
 „ brum pastoralis B. Gregorii. Libros Dionysii, &  
 „ Boetii, & Augustini de Confessione in uno volu-  
 „ mine. Volumen, in quo est lectura nostra super  
 „ partem Psalterii, & super partem Apocalypsis.  
 „ Ordino autem, & volo, quod prædicti libri, me  
 „ vivente, in toto, vel in parte non distrabantur,  
 „ nec alienentur, sine mea licentia speciali. Et sè  
 „ secus

„ *secus factum fuerit, sit irritum & inane. Con-*  
 „ *cedo tamen, quod Fratribus possint commodari vo-*  
 „ *lentibus, & valentibus in eis proficere. Hanc*  
 „ *autem donationem, & collationem feci Tarvisi*  
 „ *anno Domini 1297. xvi. Kal. Augusti. Cui præ-*  
 „ *sentes fuerunt Frater Pizolinus Trivisinus tunc*  
 „ *Prior in Conventu Paduano, eiusdem Ordinis,*  
 „ *Frater Antonius Mantuanus tunc Prior Trivisinus,*  
 „ *Frater Albertus Trivisinus, Frater Ioannes de*  
 „ *Todeschinis, & Frater Ioannes de Lancenico.*  
 „ *In huius autem donationis testimonium præsentis*  
 „ *litteras feci nostri Sigilli munimine roborari.*

Id autem literarum erat scriptum in pergamen-  
 no. Sigillum pendebat cum funiculo serico coloris  
 viridis, & in cera rubra Sigilli erat impressa imago  
 Crucifixi, cum imagine Reverendissimi P. F. Nico-  
 lai genua ante ipsum flectentis, & circa circum-  
 sigillum exstabant hæc litteræ: S. FRATRIS  
 NICOLAI MAGISTRI ORDINIS PRE-  
 DICATORUM.

Nelle stesse Memorie si ha a car. 62. e seg.  
 che fatto Cardinale nel ricever le lettere Pontificie,  
 spezzò il Sigillo del Generalato.

„ Lette queste, spezzò il Sigillo del Genera-  
 „ lato, ch' era l' immagine del Crocefisso con esso  
 „ lui genuflesso, e lo contornavano queste parole:  
 „ S. FRATRIS NICOLAI MAGISTRI ORDINIS  
 „ PRÆDICATORUM; rinunciando al Magistero  
 „ Generale con ispargere abbondantissime lagri-  
 „ me ec.

I L F I N E.

---

L' *Indice* si darà con quello del Tomo VIII.











